

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5784

Auteur(s) : Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : La Croix-Saint-Leufroy, La Croix-Saint-Leufroy (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1179, 13 janvier

Lieu d'émission : Évreux

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Rotrou, archevêque de Rouen, confirme à l'abbaye de la Croix-Saint-Leufroy les dîmes de la paroisse de Saint-Aubin des Rotoirs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 351.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissay, 1869, t. 3, p. 82.

Dissertation critique

Ou le 13 janvier 1180 (nouveau style).

Rothorii : Les Rotoirs, hameau et château à Saint-Aubin-sur-Gaillon.

Texte établi d'après b

Rotrodus, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, presentibus et futuris, salutem. Notum esse volumus universis quod, rege Anglorum Henrico seniore regnante, cum ad regendum Ebroicensis ecclesie præsulatum, Deo ordinante vocaremur, abbatiam de Cruce S. Leufredi decimas totius parrochie S. Albini de Rothoriis, a laicis possessoribus per manum venerandi Audini Ebroicensis episcopi, predecessoris nostri, jure eleemosynario sibi datas et confirmatas, in pace tenentem reperimus. Processu vero temporis, facto jam monachis a nobis super hoc confirmationis testamento, duo presbyteri, Gilbertus scilicet et Galterus filius Johannis (qui parrochiam illam tenebant) res monachorum violenter invaserunt : abbate autem Radulpho, qui tunc ipsi monasterio præerat et monachis contra presbyteros jus suum valide reclamantibus, domini Hugonis, Rothomagensis archiepiscopi, iudicio decretum est, ut monachi investituram suam jusjurandi sacramento probarent et obtinerent : quod et fecerunt in curia nostra apud Ebroas, jurantes per duos monachos sacerdotes, priorem videlicet et sacristam ipsius loci. Cum igitur ventum esset ad hoc, ut sicut probaverant, exigente ratione, jure suo revestiri debuissent, memoratus abbas Radulphus, nostro prævencus consilio, solam conventus compositionem fecit cum præfatis clericis et ita jure privato tenuerunt. Post unius eorum decessum, Gilberti scilicet, altero concedente, scilicet Galterio, cum jam sedi Rothomagensi præessemus, Sylvestro abbate successore præfati Radulphi et conventu jus suum in prædicta ecclesia Sancti Albini, sicut probatum fuerat coram nobis, cum omni instantia requirentibus, recordati sumus nos erga ecclesiam Sanctæ

Crucis in hac re plurimum deliquisse ; adhibito prudenti concilio, quoniam prædicta compositio non tenebat, nisi tantum in vita prædictorum Gilberti et Galterii, integrum jus in ecclesia illa Sancti Albini reddimus predicto abbati et conventui de Cruce, sicut prius possederant, et post modum in præsentia nostra probaverant, in perpetuum tenendum, assensu capituli Ebroicensis, quoniam sedes illa vacabat, etc. Actum apud Ebroicas, idibus januarii, anno 1179.